

1162 nostre & urbis antiquę imperiali maiestati vestre offerimus et, ut sanctę urbis tam antiquiorum imperatorum operi antiquissimo pro Dei et sancti Ambrosii amore et eorum, qui in his requiescunt, sanctorum misereri subditis, pacem dare subiectis imperialis dignetur pietas, vestigia pedum vestrorum adorantes humiliter et suppliciter prece rogamus. His eorum imperator auditis precibus claves portarum Mediolani recipit et sic contra respondet: quod sicut per IIII^{or} partes orbis terre innotuit, quod contra dominum imperatorem, orbis terre dominum, arma movere presumpserunt, sic per IIII^{or} partes orbis terre eorum pena innotescat. Per IIII^{or} partes circa Mediolanum, ad orientem, ad occidentem, ad aquilonem, et austrum, quia quis vult, sua ponant domicilia, pacem habent et secure, quo quis vult, suam deportent pecuniam, Mediolanum, urbem imperatoris, in potestatem reddant imperatoris. Hoc audito Mediolanenses eius assentiunt voluntati et licet in viti eius obtemperant imperio. Per predictas IIII^{or} partes sua ponunt domicilia, ad orientem,

2^o - iunt, 2^o l. 7
presumpserunt 2^o
(- sert)

folget n. in Luff.
radist P. q.?